



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Avgvstinvs

In Qvo Genuina sententia S. Avgvstini de humanæ naturæ stantis, lapsæ,
puræ statu & viribus eruitur & explicatur

Jansenius, Cornelius

Lovanii, 1640

11. Epicuræorum & Stoicorum virtutes improbantur ex defectu finis, late
de virtutibus Rom.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13673

Lib. 19. c. 2. boni colligens: Hac quippe quatuor voluptas scilicet, quies, utrumque, prima naturæ, dum sigillatim virtuti aliquando subduntur, ut non propter seipsa, sed propter officium virtutis appetenda videantur: aliquando præferuntur, ut non propter seipsa, sed propter hæc adipsæ vel conservanda necessaria virtus putetur: aliquando vincuntur, ut propter seipsa & virtus & ista appetenda credantur, quaternarium numerum triplicem reddunt, & ad duodecim sectas perveniunt. Et ad tres sectas ex Varone cuncta perducens: *Iste*, inquit, tres sectas ita sunt: cum vel prima natura propter virtutem, vel virtus propter prima naturam, vel utraque, id est, & virtus & prima natura propter seipsa sunt expetenda. Et in sequenti capite eandem summi boni tanquam finis notionem crebro repetit, ut videlicet propter illud cuncta officia suscipi debeant, cuncta appeti; ipsum autem solum propter seipsum, ut ejus appetitu homo beatus sit.

Ibid.

Lib. 19. c. 3.

Quod enim beatum fact, ipse finis est boni. Nec Augustinus tantum, sed ipse quoque Tullius de variis Philosophorum opinionibus disertus, quibus de fine boni dimicant: summum bonum; inquit, si ignoretur, vivendi rationem ignorari necesse est. Ex quo tantus error consequitur, ut quem in portum se recipiant scire non possint. Cogniti autem verum finibus, cum intelligitur quid sit & honorum extremum & malorum, inventa vita vera est, conformatioque omnium officiorum. Est igitur quo quædam referatur &c. Nam ut ibidem ait, hoc constituto in Philosophia, constituta sunt

Lib. 5. de fin.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

A omnia. Et infra, in sententia quæ prima naturæ boni finem statuit, *Necesse est omnino officium aut fugiendi aut sequendi ad eorum aliquid referri.* Quod mox uberius de omnibus omnino officiis ad illum finem referendis explicat. Et in alia aliorum sententia: *Alij rursus ipsam a principis omne officium referunt aut ad voluptatem, aut ad non dolendum &c.* Cujusmodi in eodem libro & alibi passim apud ipsum crebra sunt. Nimirum ex Philosophorum omnium sententia, qui quemcumque boni finem statuerunt, omnem actum ad illum finem uti summum bonum, ut bonus esse possit, referendum esse, conelamatum est. In hoc igitur fine boni per quodlibet officium appetendo si erratur, erratur, non in re parva, sed totius vitæ gravissimâ: dum id velut appetituum quietem expetit, per quod velut per medium transire debuisset; eoque frui cupit, quo veritas utendum esse præscribit: atque ita transitoriam dilectionem in mansoriam commutando, vitæ humanæ ordinem naturæque perturbat. Cujusmodi perveritas non potest non ipsius naturæ & aternæ lege damnari: cum non sit aliud aternæ & incommutabilis lex, cui semper obtemperandum est, & cujus unius violatione peccatur, nisi qua iustum est ut omnia sint ordinatissima: vel ut alijs verbis eam describit, Ratio divina vel voluntas Dei, ordinem naturalem conservari iubens, perturbari vetans.

C A P V T X I.

Epicuræorum & Stoicorum virtutes improbantur ex defectu finis; late de virtutibus Romanorum.

QUAPROPTER videndum est, quis sit ille finis boni, ut Augustinus eum vocat, hoc inquam, bonum, quod ex aternæ legis ordine per seipsum solum & unicum expetendum est, & propter ipsum cetera, ut sciamus utrum vera virtus sit, quæ bona officia in infidelibus operari videbatur. Ac de isto quidem fine boni multum laboraverunt, diversisque sententijs à se invicem distracti sunt, qui olim studium sapientiæ in hujus seculi vanitate professi sunt. Et quamvis Varrus in libro de Philosophia diligentissime subtilissimèque scrutando tam multam dogmatum varietatem adverterit, ut ad ducentas octoginta octo sectas facile perveniret non tamen, eos quamvis diversis errantes modis, naturæ limes in tantum abstinere veritatis deviare permisit, ut non alij in corpore finem istum boni, alij in animo, alij in utroque collocarent. Quâ consideratione factum est, ut Augustinus omnium veterum opinionum diversitatem ad duas omnino revocet, unam quæ in corpore, alteram quæ in animo finem boni constitueret, ad quem cuncta referri oporteret. *Quantum* inquit, *pervenit ad questionem de summo hominis bono, remove per-*

Epist. 56.

*A sonas hominum, atque ipsam disceptationem constituit, profecto reperies duos errores. inter se adversa fronte collidi, unum constituentem in corpore, alium constituentem in animo summi bonum. Id ipsum autem rursus aduinctis personis constituit, reperies Epicuræos & Stoicos inter se acerrime amucantes. Quæ de causa dicitur istæ sectæ totam quodammodo Philosophiam gentium à Christiana alienam doctrinam dividentes, in Christianæ religionis exordio leguntur nomine Epicuræorum atque Stoicorum Paulo Apostolo repugnasse. Epicuræi igitur in corporis commodis, quiete, voluptate, dolorumque vacuitate finem boni posuerunt, hoc est, corpore suo, voluptates commoditatesque ejus studiosissimè venando, fruendum esse statuerunt. Hoc enim fruimus, quod est finis boni, ad quem cetera omnia per seipsum expetitur referenda sunt. Unde necesse fuit, ut virtutem corporis voluptatibus atque commodis per seipsas videlicet expetendis subternerent, & veluti fini omnium bonorum servire cogerent, juxta illud Augustini: *Quales virtutes Epicurus induxit voluptatum ancillas, quæ omnino quicquid facerent, propter illam vel adipsendam facerent, vel tenendam.* Nimirum, quia propter finem boni necesse est ut virtus,*

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

Lib. 19. c. 3.

601

virtus, in cuiuscunque tandem Philosophiæ sententia, siue Gentili, siue Christiana, faciât quicquid facit.

Hanc opinionem nimis deformem, atque turpem, ipsi que virtutibus ignominiosam laudabilion quoque Gentili Philosophiæ damnauit, Stoici quippe finem boni in virtute statuunt, ut incutiant pudorem Epicuræis, qui virtutes quidem probant, sed eas corporalis voluptatis sine metiuntur, solent tabulam quandam verbis pingere, ubi voluptas in sella regali quasi delicata quadam Regina consideret, eique virtutes præsto sint ut ancillulæ observantes ejus nutum, ut faciant quicquid illa imperaverit; Quæ prudentiæ jubeat, ut vigilanter inquirat, quomodo voluptas regnet & salva sit: iustitiæ, ut præstet beneficia ad comparandas amicitias corporalibus commodis necessarias: fortitudini, ut per pristinarum deliciarum recordationem mitiget præsentis doloris aculeos: temperantiæ, ut tantum capiat alimentorum & si qua delectant, ne per immoderationem noxium aliquid valetudinem turbet, & voluptas graviter offendatur. Ita virtutes cum tota suæ gloriæ dignitate imperiosæ euidam & inhonestæ mulierulæ seruiunt voluptati. Nihil hac pictura dicunt esse ignominiosius, & deformius, & quod minus bonorum ferre possit aspectus: & verum dicunt. Vnde Augustinus ad hanc respiciens

Vile Cicero
lib. 2. ut supra

Lib. 19. de
Civ. c. 1.

lib.

opinionem: *Cum præfertur, inquit, virtuti voluptas, ipsa appetitur propter seipsam: virtus autem assumenda creditur propter illam, id est, ut nihil virtus agat nisi ad consequendam vel conservandam corpora voluptatem.* Nempe quia, ut sæpe dixi, in omnium Philosophorum opinione ad finem boni cuncta officia referenda sunt. Et opinionis illius fœditatem censura Christiana gravitate perstringens: *Qua vita deservit est quidem, quippe ubi virtus servit domina voluptati, quamvis nullo modo hæc dicenda sit virtus: sed tamen etiam ipsa horribilis turpitudine quosdam Philosophos patronos & defensores suos habuit.*

Ac de ista quidem sententia non est nobis magna cum Christianis Philosophis disceptatio. Omnes quippe, verbo saltem tenus, eam velut alienissimam à veritate & à Catholice fidei sinceritate proscribunt. Quo tamen pacto non in eam aliqua ex parte incidant, quotquot voluptates corporalium sensuum moderatè appeti posse docent, fateor necdum video. Nam siue moderatius siue immoderatus appetantur, ipsæ sunt quæ appetuntur, ipsæ sunt quæ voluntatis motum terminant, in ipsis requiescit animus, ipsas diligit, ipsis fruatur: quæ omnes ipsissimæ conditiones sunt animi per illum appetitum velut in fine boni quiescentis; quod divinâ a terrâque lege damnatur. Ipsa quippe jubet, ut, si qua voluptas corporis expectanda sit, non in illa appetendo diligendoque hæreamus, sed per illam ad aliud quod appetimus ac diligimus transeamus. Nimirum voluptas siue moderata, siue immoderata corporalis non debet esse finis officij quod assumitur; sed debet esse officium

A respectu finis boni qui diligitur. Quod si hoc ipsum se tantum velle dicant, sententiam teneant, linguam corrigant. Sed aliud eos omnino velle exempla quibus utuntur ostendunt. Docent enim commixtionem conjugum propter voluptatem, & similes in rebus licitis delectationes esse concessas, etsi nullo alio nisi solius sine voluptatis appetantur. Quod ab Augustino innumeris lucubrationum suarum locis Scripturarum & rationum auctoritate proscriptum est. Qua de re plura diximus, cum de affectibus ac motibus animi differeremus.

B Omnia igitur illorum Philosophorum fœditate, alij potentiam intuentes animi humani, magnamque pulchritudinem factorum atque dictorum, etiam si in corpore pœdunt ponere finem boni, officiorumque virtutis; in ipso tamen animo illum posuerunt. Itaque virtutis officia propter ipsum splendorem eorum ac pulchritudinem, siue propter eorum honestatem appetenda esse docuerunt. Inter quos qui ita sentiunt prævaluerunt & numero & disputandi subtilitate Stoici. Nam Peripatetici non contenti sola honestate virtutis, partem finis boni in primorum natura, hoc est, in bonorum ceterorum corporis aut animi, quæ naturæ congruunt, adeptione collocarunt. Sed si Stoicæ sententiæ quæ ceteris magis probabatur, & adhuc à Scholasticis probari videtur, falsitas intellecta fuerit, nulla supererit de Peripateticis difficultas.

C Quid igitur intellexerint Stoici per illam honestatem virtutis seu bonorum officiorum, quæ virtus operatur, dum ea per seipsa appetenda tradiderunt, non ita obvium videtur esse. Augustinus enim docet, virtutes illas quæ nemini seruiunt, sed per seipsas & propter se appetuntur, superbas & inflatas esse; ideoque non virtutes esse, sed vitia. Hoc enim aperte dicit illis verbis quæ produximus ex libris de Civitate Dei: *Licet à quibusdam tunc vera & honesta putentur esse virtutes, cum ad seipsas referantur, nec propter aliud expectantur, etiam tunc inflatae aut superbae sunt; & ideo non virtutes, sed vitia iudicanda sunt.* Nec alio respicit libro vigesimo primo: *Nonnunquam sanè apertissima alijs vitijs vincuntur oculis, quæ putantur esse virtutes: in quibus regnat superbia, & quadam sibi placendi altitudo tumosa.* Vnde de Epicuræorum, Peripateticorum, & Stoicorum virtutibus generaliter contra Iulianum; *Proinde virtutes, quæ carnalibus delectationibus, vel quibuscunque commodis temporalibus, sub quibus & prima naturæ continentur, seruiunt, vera prorsus esse non possunt: quæ autem nulli rei servire volunt, nec ipsæ verae sunt. Illæ sunt autem virtutes Stoicorum, quæ nulli rei nisi sibi ipsæ servire voluerunt. Et sanè si*

Lib. 21. de
Civ. c. 25.

Lib. 19. de
Civ. c. 16.

Lib. 4. con
Iul. c. 3.

Epist. 107.

D honestatem appetendam esse iudicavit, ea profectò Romana fuit: ut propterea de illis dixerit Augustinus, *diabolum fuisse aliquos habere nonnulla velut opera bona, in quibus laudentur per quasque gentes; præcipueque in gente Romana, quæ præclare*

præclarè gloriosissimèque vixerunt: Et tamen Romanorum virtutes, etiam eorum, qui probissimè maxime laudabiles fuisse memorantur, superbiz, vanitatis, jaçantizque vitio feccatas fuisse, frequenter & ex professo docet. Audi quis Romanorum, non omnium (quia multi fuerunt improbissimi) sed probissimorum in sectanda virtute fuerit scopus qui virtutem propter virtutem quàm accuratissimè sectari videbantur: *Veteres primique Romani, quantum eorum docet & commendat historia &c. laudis avidi, pecunia liberales erant; gloriam ingentem, divitias honestas volebant: hanc ardentissimè dilexerunt, propter hanc vivere voluerunt, pro hac & mori non dubitaverunt. Ceteras cupiditates huius unius ingenti cupiditate prefferunt. Ipsam denique patriam, quoniam servare videbatur imperium, dominari verò atque imperare gloriosum, prius omni studio liberam, deinde dominam esse concupierunt. Et ibidem paulo inferius: Ista ergo laudis aviditas & cupido gloria, multa illa miranda fecit, laudabilia scilicet atque gloriosa secundum hominum existimationem. Et iterum: Hac illa profecto laudis aviditas & gloria cupido faciebat. Amore itaque primus libertatis, post etiam dominatiani, & cupiditate laudis & gloria multa magna fecerunt. Rursum paucis interjectis: Hoc insitum habuisse Romanos, etiam Deorum apud illos adeo indicant, quas conjunctissimas constituerunt, virtutis, & honoris, pro Divis habentes, que dantur à Deo. Unde intelligi potest, quem finem volebant esse virtutis, & quo eam referebant qui boni erant, ad honorem scilicet. Nam mali nec habebant eam, quamvis honorem habere cuperent.*

Denique iterum in eodem capite: Idque imperium talibus potissimum concessu hominibus ad domanda gravia mala militatum gentium, qui causa honoris, laudis, & gloria consuluerunt Patria, in qua ipsam gloriam requirebant: salutemque eius salutis sue præponere non dubitaverunt: pro isto uno vitio, id est, amore laudis, pecunia cupiditatem, & multa alia vitia comprimentes. Et in eodem libro aliquot capitibus interpositis: Si neque hanc eis terrenam gloriam excellentissimi imperij concederet Deus, non redderetur merces bonis artibus eorum, quibus ad tantam gloriam pervenire nitentur. Quibus atrox iterum paulo post: Sic & isti privatas res suas pro re communi, hoc est, Republica, & pro eius erario contempserunt. avaritia resistunt, consuluerunt Patria consilio libero: neque delicto secundam suas leges, neque libidini obnoxij. Sed his omnibus artibus tanquam verà viâ, juxta sensum Salustij, cujus illa verba sunt, nisi sunt ad honores, imperium, gloriam: Hæc & hujusmodi, quæ Augustinus constantissimè docet, satis perspicue declarant, quo Romana illa indoles, quæ maxime omnium veris virtutibus excelluit, per virtutem pervenire niteretur. Ut propterea merito de totius gentis illius genio, quo virtutem sectabatur, exclamaverit: O animam Civitatis laudis avidam, germanèque Romanam.

*Lib. 5. de
Civ. c. 12.*

Ibid.

Ibid.

Ibid.

Ibid.

Lib. 5. c. 15

Ibid.

*Lib. 2. de
Civ. c. 13.*

A Romanorum scopum illum fuisse testatur. Nam de Bruto dicit, cum liberos suos pro Patriæ incolumitate interemisset, quod cum vicerit laudis immensa cupido. De Camillo, quod Patriam idcirco iterum à Gallis liberaverit, quia non habebat, potterem, ubi posset vivere gloriosius. De Marco Pulvillo filium insepultum abijci præcipiente, quod in eius corde orbis dolum gloria cupiditas vicerat. De Marco Regulo, quod ideo reversus fuerit ad Carthaginenses, quia sicut ipse responderat, postquam Asiu servierat, dignitatem illi honesti civis habere non poterat: Et quod etiam ipsum primum bellum Punicum confecisset, nisi aviditate mania laudis & gloria, duriores, quam ferre possent conditiones fessis Carthaginensibus imperasset. De Lucij Valerij. Q. Cincinnatis, Fabricij, & similibus paupertate divitiarumque contemptu, quod illa fecerint pro conservanda gloria Romanorum.

B De Catone, quod honores quos petijt petere non debuit. De Caio Cæsare, quod laudis aviditate gloriaque cupidine exercitum bellumque novum exortaret, ubi virtus emtescere posset: quos tamen duos ingenti virtute sua memoria, fuisse Salustius testis est. Hanc regulam de ceteris omnibus probatorum Romanorum virtutibus figit, quas, inquit, isti pro civitatis terrena gloria tenuerunt. Unde illud ejus præclarum Epiphonema: Hæc sunt duo illa, libertas, & cupiditas laudis humane, que ad facta compulere miranda Romanos.

Nec Augustini tantum, sed & ipsorum doctissimorum in Romana gente scriptorum sententia fuit, omnia illa laudanda, quæ tanquam virtutum opera mirantur, Romanos humane laudis & gloria cupiditate patrasse. Hinc illud Virgilij de Bruto filios occidente:

Vicit amor Patriæ, Laudamque immensa cupido.

Hinc illud Ciceronis in libris de Republica, ubi de Principe civitatis insituendo loquitur: Principem alienum esse gloria. Et ut Augustinus testis est, consequenter commemorat: Maiores suos multa mira atque præclara gloria cupiditate fecisse. Hinc illud Salustij, quo partim probissimorum Romanorum mores quibus vivebant exprimit, partim quibus vivendum elicit, informat: primo magis ambitio quam avaritia animos hominum exercebat: quod tamen vitium proprium virtuti erat. Nam gloriam, honorem, imperium, bonum & ignavus æque sibi exoptant: sed ille verè via nititur, inquit, huc quia bonæ artes desunt, dolus atque fallacis contendit. Quam sententiam explicans Augustinus ex mente Salustij, gentique Romanæ: Via virtus est, qua nititur tanquam ad possessionis finem, id est, gloriam, honorem, imperium. Hæc sunt illa bona artes, per virtutem scilicet, non per fallacem ambitionem, ad honorem, & imperium pervenire.

Quod si in gente Romana, ubi maxime laudabiliter juxta Augustinum, præclarè gloriosissimeque vixerunt, & consequenter maxime virtutem propter virtutem, & honestatem ejus colere videbantur, virtus eorum tantæ inanitatis turpitudine inflata atque superba fuit, alterutrum vel utrumque videtur necessario esse

esse consequens, vel ut Philosophi, qui virtutem propter honestatem eius sectandam esse attulerunt, per illam honestatem nihil aliud agerent, quam ipsam virtutis eminentiam, splendorem, ac decus, quatenus laude, & honore digna est; vel certe ut hoc, quod est virtutem propter virtutem, seu ipsa virtutis officia propter ipsa exere, non possit à superbia & vanitate segi. Quorum utrumlibet verum fuerit, spicuum erit virtutes Philosophorum non eas virtutes, sicut Augustinus docet, fuisse, & vitia. Si primum intellexerint, vel certe praequid tandem intellexerint, si isto modo virtutes exercuerint, sicut probissimos eorum exercuisse, tot tantaque Augustini ipsorumque Gentilium testimonia declarant, apertissimum erit, non virtutem, sed pompaticam quandam virtutis effigiem loco virtutis apud eos viguisse. Nam officia virtutum colere, quia splendida, decora, gloria, laudisque digna, non est aliud quam splendorem, decus, gloriam, atque laudem affectare. Nemo autem Catholicus, arbor, negare sinitur, laudis, honoris, gloriae cupiditatem esse vitium, cui, ut idem sanctus Doctor, melius restituit sine dubitatione, quam ceditur. Tanto enim quisque est Deo similior, quanto ab hac immunditia mundior. Hoc autem primo modo doctrinam de virtutibus, per se & ipsius honestatis intuitu expetendis, Romanorum doctissimos non solum coluisse, sed & intellexisse atque tradidisse, testimonijs nonnullis declarari potest. Nam praeterquam quod Salustij citata verba hoc omnino volunt, Tullius in libris de quaestionibus Tusculanis hoc evidenter docet. Nam in primis methodum tradens dolorem superandi, quem Epicurus malorum finem esse statuebat: *Daui tibi, inquit, turpe, nec dignum viro videbitur, gemere, eulari, frangi, debilitari, dolore, tum dignitas tum decus adert: tuq; in ea intueberis, te continebis.* Ecce decus, dignitatem, virilitatem intuendam docet in illo dolore superando: quae nihil nisi quandam celsitudinem spirant, qua pascitur & oblectatur inanitas. Et infra ostendens, quo sensu, intuitu honestatis molestiae perferendae sint: *Nihil habet natura praestantius, nihil quod magis expetat, quam honestatem, quam laudem, quam dignitatem, quam decus.* Hisce ego pluribus nominibus unam rem declarari volo: sed ut, ut quam maxime significem, pluribus. Volo autem dicere, illud homini longe optimum esse, quod ipsum sit opzandum, per se à virtute profectum, vel in ipsa virtute situm, sua sponte laudabile. Quibus ex verbis manifestum evadit, Philosophos, interprete Cicero, dum virtutem propter honestatem seu propter se expetendam censuerunt, per honestatem eos nihil aliud intellexisse, quam quandam ipsius virtutis altitudinem ac decus, atque laudabilitatem, tantquam quae omnis omnino virtutis officio inseparabiliter juncta sint: quibus sit ut homo excellat & magnus sit, si non in oculis homi-

num ceterorum, saltem suis. Neque enim gloriam illam, honorem, laudemque popularem voluisse Cicero, vel Philosophos per virtutem appeti, ex libro eius secundo de finibus, ipsoque secundo Tusculanarum quaestionum, est certissimum. Porro talem virtutis honestatem ac decus expetere velut omnis virtutis finem, non est dubium esse perfectae vanitatis atque superbiae. Quid enim est aliud inflatio atque superbia, nisi appetitus celsitudinis? Velle enim excellere, gloriosum, decorum, laudabilem esse per virtutis officia, non est aliud quam superbire, quam inaviter extolli animo, quam placere, si non alijs, certe sibi. Non diffitetur hoc ipse Tullius in eodem libro, clarissimeque verbis explicat, id ipsum per virtutem placere sibi, pulchrumque esse in oculis suis, omnis Romanae Philosophicaeque scopum fuisse virtutis: *Consideranda, inquit, nobilitas mortis & gloria. Haec solatia dolorum.* Et rursum: *Tibi si recta probantur, placebis, tum non modo tu te videris, sed omnes, & omnia.* Et mox docet in dolore tolerando sibi proponendam esse amplitudinem, & quasi quandam exaggerationem, quam altissimam animi, quae maxime emmet contemnendis & despicientis doloribus, unam esse omnium verum pulcherrimam, eoque pulchriorem, si vacet populo, neque plausum captans se tantum ipsa delectet. Nimirum, quia nullum theatrum virtuti conscientia maius, in quo se iacet ipse virtutem habens, se spectat, se admiratur, sibi de virtute placet, ceteris displiceat omnibus.

Haec ergo videtur esse ratio, cur perpetuo velut vitia improbet Philosophorum Romanorum virtutes Augustinus. Quamvis enim gloriam laudemque, popularem quidam eorum contemnere viderentur, alio tamen occultiori modo, in idem vitium inciderunt, dum celsitudini virtutis inhiantes, non alijs quidem hominibus quorum iudicia contemnebant, se d sibi ipsis, qui & homines erant, de virtute sua placere. Docet hoc praclarissime in libris de Civitate Dei: ubi doctrinae suae, qua Romanos laudibus & gloriae humanae inhiasse docuerat, opponi posse videns, quod eorum aliqui spreverint gloriam laudemque popularem, sic difficultatem expedit: *Nec illi se ab ista defendunt iudicio, qui cum aliena spernant iudicia velut gloriae contemptores, sibi sapientes videntur, & sibi placent.* Nam eorum virtus, si tamen ulla est, alio modo quodam humane subditur laudi. Neque enim ipse qui sibi pascit homo non est. Qui autem veram pietate in Deum quem diligit credit & sperat, plus intendit in ea in quibus sibi displicet, quam in ea, si qua in illo sunt, quae non tam ipsi quam veritati, id est, Deo placent. Quem Philosophici animi in seclanda virtute statum etiam alibi respicit, & penè citatis Tullij verbis exprimit, quibus virtutem seipsam tantum oblectare declaraverat: *Hoc, inquit, totum recte sit, cum sis propter*

ipsum, id est, quando gratis amatur ipse Deus. Ita Tul. c. 3. Alioquin quando sibi homo multum placet, & de sua virtute confidit, si traditur in desideria superbiae suae, tanto amplius augetur hoc malum, quanto magis ei cupidi-

cupiditates cetera cesserint, easq; velut laudabilis hanc unam oblectando compresserit. Et alibi docet, superari vitia aperitissima vitis quibusdā occultis, qua putantur esse virtutes: in quibus regnat superbia, & quaedam sibi placendi altitudo ruinosa. Tunc itaque vitis vitia deputanda sunt, cum Dei amore vincuntur &c. Quibus verbis superbas illas Philosophorum virtutes digito ostendit. Hoc ergo proprium Philosophicæ virtutis, quando erat etiam defæcatissima, fuit malum, quod virtutis quædam celsitudine ruinosa delectati, illam ideo expeterent, ut in oculis suis excelleret, sese oblectarent, sibi placerent, qui per illam Deo, seu, ut Augustinus loquitur, veritati placere velle debuissent. Quod sibi placendi malum ita arctè adhaeret ijs, qui neque Deo neque hominibus per virtutem suam placere desiderant, ut fieri omninò non possit, quin in illud incidant, ut paulò post dicturi sumus. Vnde Augustinus in illis omnibus tribus paulò ante citatis locis, amorem Dei inculcat, tanquam per quem soli Deo placendo vitium illud superbiæ, quo quis sibi depulchritudinè virtutis veluti defæcata placet, evitari potest. Vnde alibi: *Ut non superbiat, in virtutibus proficiendo, quid debet facere? Levet oculos suos ad illum, qui habitat in celo. Non se atteudat. Omnis enim superbus se attendit, & magnus sibi videtur, qui sibi placet. Sed qui sibi placet, stulto homini placeat; quia ipse stultus est, qui sibi placet. Solus securus placet, qui Deo placet.* Quapropter qui non levat oculos suos ad illum, ut ei de pulchritudine virtutis placeat, sed ipsam unicè velut finem boni, pulcherrimam celsissimamque miratur, impossibile est ut eam vel appetens non inde sibi placeat, vel non inde sibi placere volens appetat. Cùm enim necessarium omninò sit, ut aliquà re mens humana delectetur, quo, quæso, alio oblectari potest mens aliena à Deo, ceterasque vitiores contemnens creaturas, ut supponimus, quàm illo quod in rebus creatis præstantissimum credit? Hoc est autem mens ipsa virtute jam decorata quem sui ipsius ornatum omnium pulcherrimè arbitratur. Sibi ipsi ipsi ergo necessariò de virtute placet, qui per eam Deo vel alijs hominibus placere non cupit. Cujus rei radicem subtilissimè, solidissimèque detexit Augustinus adversus Iulianum: *Nihil est in creaturis, quod attinet ad institutarum divinitus merita natu-*

A rarum, rationali mente præstantius. Vnde sic consequens, ut mens bona, id est, virtute prædita magis sibi placeat, magisq; seipsa delectet, quàm qualibet alia creatura. Ecce nihil omninò magis delectat mentem, quæ sibi videtur esse virtuosa, nihil magis placet quàm, mens bona ipsa sibi: ut fieri omninò non possit, quin sibi placeat, quando per eas Deo præstantiori quem nescit, placere non cupit. Sed audi, quàm perniciose inflataque sit hujusmodi sui ipsius in virtute complacentia: *Quam verò periculosè, imò perniciosè sibi placeat, cum per hoc sumescit typho, & morbo inflationis extollitur, quando non videt, sicut videbit in fine, summum illud & immutabile bonum, in cuius comparatione se spernat, sibiq; illius charitate vilescat, tantoq; spiritu eius impleatur, ut id sibi non ratione sola, sed æterno quoque amore preponat, multum est disputando velle monstrare. Sapit hæc qui fatigatus fame revertitur ad semetipsum, & dicit: Surgam, & ibo ad Patrem meum. Nam solà illà reverfione ad Patrem, illà levatione oculorum in celum, illà voluntate placendi per virtutem veritati, illo, inquam, amore Dei velut unico, sincerissimo, verissimoque fine virtutis, evitari potest, ne virtus non modò Gentilium Philosophicæ, sed & Christiana sibi ipsi superbiendo placeat, & vitium, quæ virtus esse putabatur, fiat. Nam quod sibi placere vitiosum sit, non opus esse puto probare Christianis, qui Apostolum Paulum audiunt commentem: *Debemus autem non nobis placere: & Petrum graviter culpantem, audaces sibi placentes: & Augustinum utriusque quasi interpretem: Etiam intus est aliud in eodem genere (vanæ gloriæ) tentationis malum, quo inanescent qui placent sibi de se, quamvis alijs vel placeant, vel displiceant, nec placere affectent ceteris. Sed sibi placentes multum tibi displicent.* Et quia difficillimum rarissimèque est, ut qui sibi virtutis decus appetendo aut possidendo placet, non etiam per illam alijs placere, hoc est, ab ijs amari, laudari, glorificari velit: hinc est quod rectissimè Augustinus generatim de Romanorum virtutibus docuit, eas fuisse laudis, honoris, gloriæque humanæ intentione vitiatas; quam vel ab alijs hominibus venati sunt, vel certè à seipsis, (nam & ipsi utique homines sunt) quibus virtute suâ placere voluerunt.*

7^o Ps. 121

Lib. 4. contra Iul. c. 3.

C A P V T X I I.

Uberius declaratur superbiæ radix, quæ in virtutibus Philosophicis ac Romanis latuit.

SED quia nonnulli Scholastici doctrinam Augustini & Prosperi, qua talem voluntatem appetendæ virtutis superbam esse tradunt, simpliciter intellectam inde tradunt, credibile esse dicunt, & ab Augustini mente alie-

Suarez l. 2. de grat. c. 7. sum. 11.

A nam, res ista paulo uberius & ratione & Augustini auctoritate declaranda est. Quod ut liquidius intelligatur, certissimo Christianæ religionis principio insistendum est, quo docemur, creaturâ seu re creatâ frui esse vitiosum,